Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



prestito eidem diligenter primitus ad memoriam reducto ac de pena per-
juri clare ac sufficiter respondit prout sequitur
Super primo articulo interrogatus Item qd dictus clare memorie Leopoldus re
Examinatus testis fatetur articulum ex auditu a quinque annis proximis lapsis
Super secundo articulo interrogatus Item qd fuit vir iustus prius re Examinatus
testis fatetur articulum verum ex auditu quia ita audivit qd fuerit probus
et multa bona perfecit et structuras complevit
Super Tercio articulo interrogatus Item qd fuit vir humilis re Examinatus testis
concedit se audivisse qd fuerit probus et bone vite
Super Quarto articulo interrogatus Item qd fuit liberalis re Examinatus testis
fatetur se audivisse articulatum
Super Quinto articulo interrogatus Item qd multa et egregia fecit re Exa-
minatus testis fatetur articulum ex auditu a monasterium Klosterneuburch
hic constructum etiam Lienfeld ac alia loca que tamen nominare non possit
construxerit et construxerit
Super Sexto articulo interrogatus Item qd inter subditos suos re Testis
examinatus fatetur articulum ex auditu
Super Septimo articulo interrogatus Item qd in penis delinquentium re
Examinatus testis fatetur articulum fore verum ex auditu
Super Octavo articulo interrogatus Item qd tempore vite sue re Examinatus
testis fatetur se audivisse qd fuit pius et largus pauperibus
Super Nono articulo interrogatus Item qd sepius contra infideles re
Examinatus testis dixit se non audivisse specialiter articulatum
Super Decimo articulo interrogatus Item qd pro fide pugnavit re Examinatus
testis dixit sibi non constare articulatum neque audivisse
Super Undecimo articulo interrogatus Item qd toto tempore vite sue re Exa-
minatus testis credit articulum fore verum quia opera eius demonstrant
quia si fuisset iniustus ac alias malus non tot opera perfecisset bona
Super duodecimo articulo interrogatus Item qd propter bona opera sua re
Examinatus testis fatetur qd hodie cognominetur largus et pius
Marchio
Super Tredecimo et Quatuordecimo articulis Examinatus testis dixit sibi
non constare de articulatis & credit qd forte ita sit
Super Quindecimo articulo interrogatus Item qd omnia bona que egit re
testis examinatus credit articulum verum esse
Super Sedecimo articulo interrogatus Item qd tempore vite sue re Examinatus
testis credit articulum quia ab hac causam hodie cognominetur largus
et pius Marchio